



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-326857125-16

DFG



*S, H. 13
4345*
**FRATRI OPTIMO
PAVLLO GVILIELMO
S C H M I D I O**

IVRIVM DOCTORI

DE

**M V N E R E
PROFESSORIS IVRIS ORDINARII**

ET

SCABINORVM COLLEGII ADSESSORIS

A

**SERENISSIMIS
ACADEMIAE IENENSIS
NVTRITORIBVS**

CLEMENTISSIME DEMANDATO

EX ANIMO GRATVLATVR

SIMVLQVE

*DE IMPVGNANDIS ADMINISTRATORVM
RATIONIBVS POST QVAM ADPROBATAE
SVNT*

QVAEDAM DISSERIT

ACHAT. LVDOV. CAROLVS SCHMID I. V. D.

IENAE, A. D. V. NON. MAI. A. C. N. c/o Icc LV.

EX OFFICINA MARGGRAFIANA.



ERATRIA OPTIMO
GAVILO GAVILINIO
A CH M I D I O

ANNUO DECADA

M V / A T E
PROFESSORIS HIRS ORDINARI

SCVLPIOM COLEGI ADTERRORIS

C R R E N T S I S M I S

A C T U A L I T Y E I E N S I Z T S

L U T T I G O R I B A S

C A T A L O G U E D A N T A T O

U N I V E R S I T A T I S C O M M U N I C A T I O N E

D E M O C R A T I C A M A T E R I A L I T Y

T H E O R Y S P R A C H E

W H I T E L A B O R C H I M I C A

T E X T U R E S O F C O M M U N I C A T I O N

Y E A R S O F C O M M U N I C A T I O N

Z E R O C O M M U N I C A T I O N

E X C H A N G E M A T E R I A L I T Y





FRATER AMANTISSIME!

A uspicato sane a *MVNIFI*.
CENTISSIMIS huius *Mu-*
sarum sedis NVTRITORI-
BVS, SERENISSIMIS
SAXONIAE DVCIBVS STIRPIS
ERNESTINAE, DOMINIS MEIS
LONGE CLEMENTISSIMIS mu-
nus professoris iuris publici ordinarii neque
non adfessoris incluti scabinorum collegii tibi
est demandatum. Illustrum hanc iuris do-
cendi dicendique prouinciam tibi cle-

A 2 men-

mentissime esse adsignatam quum audiui,
maximam pro meo in TE studio prolixissi-
mo cepi voluptatem; nec minore sum perfu-
sus gaudio, quum non ita multo post TE
maiorum more inter academiae patriae sena-
tores et scabinos Ienenses receptum cerne-
rem. Etenim iucunde semper et suauiter re-
cordor praeteritorum temporum, vbi quum
vix superatis infantiae annis patre proh do-
lor! orbarer, TIBI, FRATER DILECTISSI-
ME, salus mea curae cordique semper fuit.
Accedit et hoc, quod TE in iurisprudentia
expertus sum praeceptorem fidelissimum ex-
optatissimumque. Ex quo tempore quan-
tum TVA institutione saluberrimisque con-
siliis usus profecerim, dici satis a me vix
potest. TVA praeterea auctoritate tuisque
auspiciis in foro et cathedra pugnas mihi
fusciplenti ita tum temporis adfuisti, vt T V O-
RVM mei caussa susceptorum laborum fru-
ctum

etum tulerim vberimum, fraternusque
TVVS in me amor ita se diffuderit, vt TE
praesidium et dulce decus meum publice iam
grata mente declarem. Quae quidem TVA
in me promerita tanta sunt, vt publica iam-
dudum eaque luculenta summi mei erga TE
amoris documenta postulauerint. Interim
adhoc vsque tempus sub amico pectore la-
tens meus in TE adfectus intra tacita solum
vota pro TVA TVORVMQUE incolumitate
fese continuuit: sed quum munus grauissi-
mum TIBI collatum materiem congratu-
landi praebeat; facere non possum, quin
mei in TE amoris aestum publice TIBI hisce
litteris testificer. Deum optimum maximum
oro, vt summae felicitatis auguria, quae
TIBI omnes boni mecum promittunt, licet,
qui me ardentius optet, non sit quispiam,
cumulatissime impletat, TEQUE in sobolis
TVAE ornatissimae optimaeque spei solatium

A 3

ac

ac totius familiae nostrae decus fortunatum
seruet quam diutissime. Prosperos tibi
successus in negotiis tuis grauissimis ex
animo gratulaturus, summaique, quam ex
amplissimo honorum tворум in cremento
percipio voluptatem testatam factaturus
quum animo constitutum deliberatumque
habeam, quaedam de quaestione inter eru-
ditos controuersa,

*vtrum rationes administratorum
post earundem agnitionem impug-
nari queant,*

differere, ut tva, frater dilectissime,
patientia tantisper adhuc vti permittas, etiam
atque etiam rogo.

§. I. Ad-



§. I.

Administratorum definitio et diuiso.



Qui curam rerum gerit, ut per illas finem propositum obtineat, est **ADMINISTRATOR**; et si hae res ad id suum administrantis band pertinent, est **ADMINISTRATOR REVM ALIARVM**, quem, si obligatus est, ut rationes reddat, quomodo finem propositum obtinuerit, **ADMINISTRATOREM IN SPECIE ET PROPRIETATEM** appellabimus.

§. II.

De diuersis cauiss, quae constitutionem administratoris suadent.

Nobis pro instituti nostri indele sermo est de administratore in specie et proprie tali, qui constituitur, vel

vel quia dominus illarum rerum non vult easdem curare, vel quia ipse rebus suis supereesse nequit. Hoc euenit vel ob defectum usus rationis ad hanc administrationem necessarii, sive ob aetatis qualitatem, sive furorem, sive dementiam, sive prodigalitatem ciuilium, quum prodigi ciuiliter tales iure furiosorum vrantur; vel ob impedimentum applicandi usum rationis, quo gaudet, quale quid occurrit in absente, aegrotante, sensu quodam carente, si cura rerum, de qua sermo est, ita comparata, ut ab absente, aegrotante aut sensu quodam carente expediri nequeat.

§. III.

Nobis unice sermo est de rationum agnitarum impugnatione.

Iura administratorum, quae constitutionem vel remotionem determinant, et alios modos, quibus exspirat officium administratoris, aut obligationum genera qualiacunque explicare animus nobis hujd est a) sed unicam obligationem ad rationum redditionem directam, quatenus haec ab impugnationibus immunus dici possint, pro instituti nostri ratione penitus inspicere luet.

a) De his administrationis capitibus potiora interpretatus est SCHILTERVS in *exercit. ad digesta, exerc. L, num 30.* et PRUCKMANVS vol. I. conf. 3.

§. III.



§. III.

Recensentur rationum redditionis actus et horum probationis fit mentio.

Ille administrator, qui probat, quatenus muneri suo satisficerit reddit rationes, et ipsa probatio RATIONVM REDDITIO appellari potest. Hanc probationem plures actus continere manifestum est b), puta (α) traditionem voluminum rationum, (β) eorum examen, (γ) DISPVNCTIONEM seu collationem acceptorum et datorum c), et (δ) CONSOLIDATIONEM seu calculi legitimam confectionem d). Rationum vero redditio non continet solutionem residui, sed potius post se trahit; qua ratione explicari debent adserta VLPANI e) et CALLISTRATI f). In probatione horum actuum, sicuti in omni alia probatione seu modo, quo cuidam fides facienda de veritate facti, de qua haud conticetus, 1) probans talismodi argumentis vti debet, vt positis his argumentis simul ponenda sit veritas propositionum probandarum, et 2) an argumenta ita comparata sint, ab eo inquirendum est, cui facienda fides est.

- b) Quos recenset L. 6. §. 7. ff. de statu liberis, et examinant DD. ad hanc legem.
- c) L. 56. pr. D. de verborum significatu.
- d) Vberius haec explicantur apud AVG. a LEYSER spec. 677. med. 1. et 2.
- e) In cit. L. 6. §. 7. ff. de statu liberis.
- f) L. 82. ff. de condit. et demonstrat.

§. V.

Quae argumenta ad probationem legitimae administrationis sufficient?

Administrator argumentis vtitur, a quorum positione ad positionem legitimae administrationis valet consequentia (§. *prae. num. 1.*), si 1) iusto ordine proponit (α) ea, quae administrata, (β) ipsos reditus, (γ) quae erogata, (δ) quae inter haec illosue sit proportio, et (ϵ) quid superfit deductis iis, quae de substantia administrationi subiecta alienata sunt: si iusto ordine proposita 2) probat. Quod fit, si (α) specificationi obiectum administrationis intuuenti fides conciliatur vel ex eo, quod a persona, cuius scripturae singularis fides tribuitur, sit conferata, vel iureiurando specificantis, ubi hoc permisum, firmata, vel agnitione eius, cui fides est facienda. Quantum (β) ad redditum probationem, videndum, utrum ita comparati, vt ipsa lege, aut ab eo, cui fides facienda, determinatio sit facta, cui standum est: opposito vero in casu ille, qui adserit, quod maior quantitas reddituum administratori obuenerit, onus probationis suscipere debet. Si (γ) expensae alicuius momenti sunt, per apochas probandae. Quod (δ) ad comparisonem redditum et expensarum attinet, veritas patet, si illorum harumque intuitu locus allegatur, ubi in rationibus summa redditum et expensarum occurrit. Denique (ϵ) de residuo administrator facit fidem, si ostendit, omnia hoc in loco expressa esse, quae de substantia haud sunt alienata.

§. VI.

§. VI.

*Quomodo inquisitio in veritatem rationum sit
fuscienda?*

Sequitur inquisitio ab eo instituenda, cui fides facienda est de legitima administratione (§. llll. num. 2.). Haec a iudice suscipitur, 1) si lis orta super rationibus, et 2) si is, cuius res administrantur, ipse sine iudicis auctoritate rebus suis renunciare nequit. In reliquis vero casibus idem ille, cuius res sunt administratae, hanc cognitionem instituit, vbi tam ab arbitrio domini rerum administratarum pendet, quomodo in veritatem rationum redditarum inquirere velit, et comperto vitio rationum has nihilo minus agnoscerre potest, quum cuilibet haud prohibitum sit iuri professe introducto renunciare. Iudex vero cautius procedere debet, ne ob damna facta moraliter imputatio illata ad resarcitionem cogi possit. Tunc vero satis accurate versatur ex obseruancia fori in cognitione rationum, si (a) adhibet peritos in arte, qui, quae monenda habeant rationum contemplatione, proponant, (β) haec monita cum administratore, vt ad ea respondeat, communicat, et (γ) si monitis haud satisfecit, quia neque plene docuit, quod fundamento destituantur, neque ea emendat, quae monenti videbantur monenda; cuilibet iniungit, vt arguenda, quae ex sua parte militare videntur, ad acta proponat, et decisionem expectet. Quae hac ratione per rem iudicatam aut alia ratione lite sopia emendatione digna declarantur, in rationibus corriguntur, et tunc (δ) apocha administratori exhibetur.



§. VII.

Regula cum suis limitationibus proponitur.

Quodsi hoc modo finitum est officium et firmatae sunt rationes administratoris intuitu amplius conueniri nequit, nisi quod administrator facto moraliter imputatio vitium in rationibus commissum, aut, quod cum damno alterius locupletior fieri velit, probari queat. Administrator finito officio recusat vi huius regulae actionem, si conuenitur 1) ab iis, cum quibus tempore administrationis contraxit g), nisi fidem suam interposuerit, et obligationem eius, cuius res administravit principaliter aut accessorie inse suscepit h): 2) si conuenitur, vt debita et reliqua exigat, licet, vt affiat haec debita et reliqua exigenti, merito adigatur i). Ex eadem regula patet, cur, 3) pro veritate rationum militat praesumtio, ita vt administrator nullo sub praetextu adigi possit ad nouas rationes reddendas k). Ex quo sequitur, vt 4) ille suscipere debeat onus probationis, qui vitiosas esse dicit rationes apacha firmatas l).

g) L. 5. §. 1. ff. quando ex facto tutoris, et L. vlt. ff. de insitoria actione.

h) L. 3. §. 2. ff. de administrat. rerum ad ciuit. et L. 67. de procuratoribus.

i) LEYSER Spec. 677. med. 12.

k) MVNOZ ab ESCOBAR de ratiocin. administ. cap. 41. pr. IACOB MENOCHIVS arbitr. iudic. quaest. lib. II. cent. III. cas 209. num. 37. IACOB SCHVLTES in addit. ad MODESTIN. PISTOR. parte III. quaest. 126. num. 62.

l) HEV-

D) HEIGIVS part. I. quaeſt. 20. num. 37. PARIS conſil. vol. IIII. conf. 92. MASCARD. conclus. 1263.
num. 16.

§. VIII.

*De fundamento, ex quibus, et de tempore, quando
impugnandae fint rationes approbatae.*

Haec falsitas tunc habetur eiuncta, si probatur (α) errorem commissum esse m), quia alioquin cum damno alterius locupletior fieret administrator: (β) administrator facto moraliter imputatio vitium in rationibus commisſe n), modo, quod ad errorem calculi, retractatio intra triginta annos fuscipiatur o): si vero aliud vitium ex errore vel facto administrato-
ris moraliter imputatio commisſum, contra ipsum administrator intra viginti annos, contra eiusdem heredes vero intra decem annos secundum ius com-
mune p), et in Saxonia intra triginta annos, annum
et diem Saxonum q) agendum est.

- m) CARPOV. lib. V. resp. 69. num. 17. et BRVNNEM.
ad L. 35. ff. de paetis num. 3.
- n) L. 5. §. I. ff. quando ex facto tutoris et L. vlt. ff.
de iſſitoria actione. MASCARD. conclus. 1263.
num. 18. IACOB SCHVLTINGIVS in addit ad
MODESTINVM PISTORIVM part. III. quaeſt. 126.
num. 67. CARPOV. part. II. conf. XI. def. 8.
et MEVIVS part. III. def. 113.
- o) L. 8. pr. ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit pertin-
iuncta L. 3. C. de praefcript. XXX. vel XXXX.
annorum. Conf. BRVNNEM. ad L. cit. 8. num.
I. et GEORG. SCHVBART. diff. de adminiſtrat.
rerum ad ciuitates pertinentium §. 50. in fin.

B 3

p) L. 3.

- p) L. 3. §. I. ff. de diversis temporum praescript. vbi HERMOGENIANVS scribit: reipublicae rationes subscriptae et expunctae aduersus cum quidem, qui administravit, ultra viginti: aduersus heredem vero ultra decem annos retractari non possunt.
- q) LEYSER Spec. 67. med. 7.

§. VIII.

Quod haec impugnatio rationum agnitarum indistincte procedat, euincitur.

Eiusmodi impugnatio rationum apacha probatarum indistincte procedit 1) siue rationes generali apacha, seu ad vniuersam administrationem directa, firmatae sint, siue speciali, seu tali, quae certam partem administrationis firmat r), quum eiusmodi quietantia tamquam accessorium vna cum principali corruere debeat, ac aque erronea agnitio validas reddere nequeat rationes erroneas s): 2) siue vitium in mathematicis occurrat, seu in calculo commissum sit t); siue aliud sit vitium, v.gr. quod in debita qualitate restitutio rerum haud fuerit suscepta, 3) siue geminata confessio et agnitio rationum adsit, siue simplex u); 4) siue in detrimentum domini negotiorum, siue in detrimentum administratoris tendat vitium x); 5) siue quietantia in continent sequatur, siue post temporis interuallum y): 6) siue renunciations in apochis expressae, siue omisssae, quia eiusmodi renunciations ex eodem errore adiiciuntur z). Neque 7) laesio dimidium excedere debet, vti videtur MOLNAEO a) et ROL. a VALL. b).

r) HET-

- s) HEIGIVS part. I. quaest. 20. num. 36. CARPZOV.
 part. II. conf. XI. def. 8. num 5. seq. et lib. V.
 resp. 69. num. 18. seqq. MVNNOZ ab ESCOBAR
 de ratiocin. cap. 40. num. 9. BRVNNEMANN.
 ad L. 3. et L. 7. C. tit. de except. seu prae script.
 num. 5. seqq. et ad L. 35 ff. tit. de pactis num. 3
 HARTMANN PISTORIS obs. 158.
- s) MASCARD. concl. 1263. num. 16. quamvis dissentiat
 MENOCHIVS de arbitrar. iudic. quaest. lib. II.
 cent. III. cas. 209. num. 37.
- s) L. vn. C. de error. calculi. MVNNOZ ab ESCOBAR
 de ratiocin. administrat. cap. 41. num. 6. Conf.
 IO. PHILIP. SCHMIDII, cui mei, cuius cineres
 adhuc veneror, diff. inaug. de errore calculi.
- w) BRVNNEM. ad L. un. C. de errore calculi num. 7.
 MASCARD. concl. 347. num. 50.
- x) BRVNNEM. ibid. eod. num. 8.
- y) Id. ib. num. 9. ad fin. MONTANVS de rure lis cap.
 38. num. 173.
- z) PARIS volum. IIII. conf. 92. ESCOBAR de ration.
 administrat. cap. 41. num. 32. et LEYSER spec. 339.
 med. 5.
- a) De usuris quaest. 14. num. 182.
- b) Volum. I. conf. 49. num. 49.

§. X.

Nec indistincte prodest transactio super errore in rationibus admissis, qui tempore transactionis inconvenitus erat.

Haec rationum apocha agnitarum impugnatio adeo procedit, si lis super qualitate rationum orta per transactionem sopia, modo de errore haud considerit tempore transactionis c), quippe quae ad non cog-

cogitata trahi nequit d). Quam ob rem nihil prodest ratione ignotorum defectuum, si administrator super omnibus defectibus cum aduersario transfigat, licet hoc pro saluberrimo consilio exhibeat i o. HENR. de BERGER e), adducens praejudicium ICtorum Vitembergensium, quorum contrariam sententiam communicauit AVG. a LEYSER f)

- c) LEYSER Spec. 339. med. 5. BRVNNEM. ad L. 8. ff. de admin. rerum ad ciuit. pertin. num. 2. PETR. HEIGIVS part. I. quaest. 20. num. 27. et PAVL. MONTANVS de tutelis cap. 38. num. 138. seqq.
- d) L. 47. §. 1. ff. de pactis, L. 24. et L. 31. C. de transact.
- e) Oeconom. iur. lib. I. tit. III. §. 10. num. 13.
- f) Spec. 339. med. 5.

§. XI.

Nec semper iuuat exceptio rei iudicatae aut iurisiurandi.

Administrator semel conuentus ob rationum defectum, hac lite per rem iudicatam finita, vltierius conueniri potest ob aliud vitium, et vti nequit exceptione rei iudicatae g). Quae impugnatio etiam procedit, si a dominis rerum administratarum iurat, se non impugnaturos calculum et rationes h), praesertim quem dolus praeteritus, non autem futurus remitti queat i).

- g) BRVNNEM. ad L. vn. C. de errore calcul. num. 7. et ad L. 35. ff. de pactis num. 4.
- h) AYRER ad L. vlt. C. de errore calculi num. 68. PETR. HEIGIVS part. I. quaest. 20. num. 23. PAVL. MONTANVS de tutelis cap. 38. num. 138. seqq.
- i) BRVNNEMAN. ad L. 35. ff. de pactis num. 5.

(o) S

ULB Halle
007 469 926



3

VD 18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

RI OPTIMO
GVILIELMO
M I D I O

1695

1755, 12^a

IVM DOCTORI

DE
VNERE
S IVRIS ORDINARII

ET
COLLEGII ADSESSORIS

A
ENISSIMIS
IAE IENENSIS
ITORIBVS
SSIME DEMANDATO

IMO GRATVLATVR

SIMVLQVE
DIS ADMINISTRATORVM
POST QVAM ADPROBATAE
SVNT

AEDAM DISSERIT

CAROLVS SCHMID I. V. D.

NON. MAI. A. C. N. CI 1755

NA MARGGRAFIANA.

